IV. poſt Paſcha: Cantate, Evang. Joh. 16, 5 —— 15.

Chriſtus hoc Evangelio ſuos edocet Diſcipulos de Abitus ſui ad Patrem, tùm

- 1. Adventu: *quod nim. tempus illud ſuum ex mundo per Paſſionem in gloriam (Luc. 24.) intrandi advenerit. Obſervetur autem Doctrinæ hujus* ——
  - 1. *Forma, quæ non ſimplex eſt: ſed θαυμασμὸν habet, quo præpoſterum Diſcipulorum Studium notatur, v. 5. & 6.*
  - 2. Βεβαίωσις· ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν· v. 7.
- *2. Fructu, qui exinde ad ipſos reduntaturus ſit. Membri partes duæ:*
  - 1. *Propoſitio: Expedit Vobis ut Ego abeam, v. 7.*
  - *2. Confirmatio è Loco Contrariorum*
    - 1. *Damni: niſi abierit: Paraclet us ille non veniet ad vos, v. 7.*
    - *2. Utilitatis, ſi abierit. Mittā Eum ad vos, v. 7. Qui cum venerit, non erit ocioſus: ſed negocioſus valdè:*
      - 1. Ἐλέγξει τὸν κόσμον *(hic erit ſubjectū ἐλεγχόμενον.)*
        - *1. Qua de re, ſive Cauſa? De*
          - *1. Peccato, v. 8.*
          - *2. Juſtitia, ibid.*
          - *3. Judicio. ib.*
        - *2. Quare? Quia*
          - *1. Non credunt in* ME, *inquit Chriſtus, v. 9.*
          - *2. Ad Patrem vado, & poſthac* non videtis ME, *v. 10.*
          - *3. Princeps hujus mundi judicatus eſt, v. 11.*
      - 2. Ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· *v. 13. Exprimitur autem* ὁδηγίας *hujus tùm*
        - *1. Neceſſitas, v. 12.*
        - *2. Firmitas: quia nim.*
          - *1. Spiritus eſt veritatis, v. 13.*
          - *2. Non loquetur (Legatus quippè) à ſeipſo: ſed &c. ibid.*
      - *3.* Δόξασει Ἐμὲ *v. 14. additur hoc etiam loco, tùm*
        - *1. Cauſa, v. 14.*
        - *2. Ætiologia, v. 15.*

V. poſt Paſcha: Vocem jucunditatis, vel Rogationum. Evang. Joh. 16, 23 —— 30

Evangelion hoc verſatur in Genere Cauſarum partim

- 1. *Suaſorio. Chriſtus namq; ad Preces ſuos, Argumentis excitat duobus graviſſimis, petitis tùm ab Utili, tùm à facili. Vide Litt. A.*
- 2. *Demonſtrativo. Siquidem Diſcipuli, Magiſtrum ſuum laudant & commendant,*
  - *1. A Fidelitate in docendo. Hujus*
    - *1. Occaſio ab ipſo Chriſto præbita, narratiunculâ de ſuo in mundum adventu & abitu ad Patrem, v. 28.*
    - *2. Forma, ſeu verba formalia, v. 29.*
  - *2. Ab omniſcientia, qua vel ſolâ permoti jam credant quod à Patre exierit, v. 30.*